





DISPUTATIO JURIDICA, 1627, 3

De

TESTAMENTIS,

Quam

Autoritate & consensu Magnifici & Nobilissimi Ictorum ordinis in illustri & celeberrima Lipsien-  
sium Academia,

PRÆSIDENTE

Dn. VVILHELMO SCHMUCK

Icto clarissimo P. P. laudatissimo, Præceptore suo sempiternâ grati animi observantiâ & reverentiâ colendo.

*Publicæ disquisitioni subjicit ac proponit*

FRIDERICUS KÜHLEWEIN, Lips.  
in Ictorum Athenæo.

*Ad diem 8. Maji horis consuetis.*



L I P S I Æ

Sub incude calcographicâ GREGORII Kitzschens.

Anno cl2. l5C. XXVII.



407

7

P. 320.



DISPUTATIO JURIDICA

DE

TESTAMENTIS

LIBER

AUTORITATE & CONFESIONE  
GENTIS & NOBILITATIS  
NIS IN ILLIS & CELEBRANTIA  
HUM. ACADEMIAE

PRaesentibus

DR. VILHELMO SCHMUCK

ETIO CHARITIMO R. P. JURISCONSULTO

CEPTO ETIO INSPIRANTE GRATIA  
VANDI & REVERENTIAE COLONIAE

PUBLICAE DISPUTATIONI SEQUITUR

PROPOSITIO

FRIDERICUS WILHELMUS

IN JURE

ET ALIIUM & ALIIUM

SESSIO

LIBER

REPUBLICAE

ANNO DOMINI MDCCLXXVII



IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
IESU CHRISTI.

THESIS I.



Testamenti vocabulum prout  
variā & multiplicem in iure nostro  
habet appellationem (vocatur enim  
moderamen voluntatis, *in l. hac consul-*  
*tissima. 8. C. qui testam. fac. pos. mortuorum*  
voluntas, *in l. testamenta. 18. C. de testam.*

legitima voluntas, *in l. omne verbum. 2. C. commun. de legat.*  
suprema voluntas, *in l. 1. C. de SS. Eccles.* ultima voluntas,  
*in l. consulta. 23. C. de testam.* voluntas iure scripta, *in l. nolu-*  
*mus. 20. C. eod.* ultimum elogium, *in l. quidā. 20. C. d. jur. delib.*  
iudicium mortuorum, *in l. quoniam indignum. 15. C. d. testa.*  
pro anima iudicium 2. *F. 55. pr. vers. habito.* legitimus sen-  
sus, *in d. l. omne verbum. 2. C. commun. de legat. & c.*) Ita quoq;  
variè & ambiguè passim accipitur: Nam interdum signi-  
ficat tabulas testamenti, *ut in rubr. testam. quemadm. aper.*  
*l. instrumentorum. 16. pr. ff. ad leg. Corn. de fals.* Sæpè pro scri-  
ptura testamenti usurpatur, *ut in rubr. & l. cancellaverat. 2.*  
*& seq. ff. de his quæ in testam. del.* nonnunquam verò latè &  
impropriè quamvis supremam voluntatem indigitat, &  
tunc etiam codicillos suo ambitu complectitur, *arg. l. Di-*  
*vi. 6. §. codicillos. 3. l. conficiuntur. 8. §. codicilli. 2. ff. d. jur. codi-*  
*cill. l. 1. §. hoc interdictum. 2. ff. d. tab. exhib.* Actandem stri-  
ctim & propriè loquendo perfectam, legitimam & so-  
lennem ultimæ voluntatis designat declarationem, in  
quo significato accipitur, *in l. 1. & multis seqq. ff. & C. qui te-*  
*stam. fac. pos. l. sancimus. 27. C. de testam. l. tunc autem. 2. ff. d.*  
*injust. rupt. irrit.*

2. Originem ejus quod attinet, illam ex jure civili Romano trahere dicendum est, cum nulli alij sint homines, qui talem testamenti factionem habent, qualem Romani. *arg. §. jus autem 2. j. d. patr. potest. §. sed cum paulatim 3. j. de testam. ordin. l. 1. ff. ad leg. Falcid. l. verbis. 120. ff. de verb. sign. & §. fin. j. d. usu & habitat.* Ideoq; nec servus ad testamenti solennia adhiberi potest. *l. qui testamento. 20. §. servus. 7. ff. qui testam. fac. pos.* nec deportatus, qui aliàs ea quæ sunt juris gentium retinet. *l. sunt quidam. 17. §. item. 1. ff. d. poen.* testamentum facere neq; ex eo capere valet. *l. deportati. 2. C. de bon. proscript. l. 1. C. de hered. instit. de quibus infra th. 38. dicetur.* Quamvis negari non possit, formam testamenti genericam ex jure gentium descendere, cum & apud alias gentes in usu fuerit testamenti factio; *attestante Wesenbecio in parat. ff. qui testam. fac. pos. n. 8.*

3. Etymologiam deducimus cum *pr. j. d. testam. ordin.* à testatione mentis, ex eo, quod testator convocatos & accersitos homines obtestatur seu invocat, quæ sua mens sit de successore sibi constituendo. *Hottom. in pr. j. d. testam. ordin.* vel quia in testaturo non corporis infirmitas, sed potiùs animi seu mentis integritas ac sinceritas requiritur, *juxta l. in eo. 2. & l. in adversa. 17. ff. q. testam. fac. pos. l. senium. 3. l. furiosum. 9. C. eod. tit. §. præterea. j. quib. non est permis. fac. test.*

4. Sub qua tamen notatione nullatenus statuendum, definitionem testamenti realem simul tractari, quippe cum Imperator Justinianus illic non dicat, testamentum ita definiri, sed ex eo appellari *pr. j. de testam. ordin.* Et sanè vitium esset definitionis, quando aliis, quam illi, cujus causa extracta est, accommodari posset. *Vultej. ad pr. j. d. testam. ordin. n. 4.*

5. Proin-

5. Ptoinde rectius eam cum Jcto Modestino *in l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* ita definimus; Quod sit voluntatis nostræ justa sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult. Hanc enim definitionem substantiæ testamenti magis esse convenientem ex sequentibus liquebit.

6. Dicitur voluntatis) Per quod vocabulum hoc loco denotatur voluntas integra & libera, quia in eo, qui testatur, mentis sinceritas desideratur. *l. in eo. 2. l. in adversa. 17. ff. qui testam. fac. pos. & supra th. 4.* omnisq; vis ac metus in testamentis procul abesse debet. *l. 1. C. de SS. Eccles.* præsertim cum nihil consensui & voluntati hominum magis contrarium sit, quam utrumq; eorum. *l. nihil. 116. ff. de. R. J. l. 1. ff. quod met. causâ. l. si quidem. 9. C. de contrah. stip.*

7. Nostræ) Non alienæ, quia testamentum dependens ex alieno arbitrio vitiosum est, & nisi ex merâ testatoris voluntate constet, pro nullo habetur. *l. illa institutio. 32. l. si quis. 68. ff. d. hered. instit. l. nonnunquam 52. ff. de condit. & demonstr.* Quod tamen limitatur in substitutione, in quâ parens pro se & liberis suis impuberibus substituere, & per consequens testari potest. *l. moribus 2. in pr. & t. t. ff. d. vulg. & pupill. subst. l. si testamento. 7. C. de impub. & aliis substit.* Cum hæc tamen conditione, ut testamentum pro filiis conditum non prius valeat, quam si parens firmum testamentum fecerit, pupillare enim testamentum pars & sequela est paterni §. *igitur. 2. §. liberis. 5. j. d. pupill. substit. d. l. moribus. 2. §. prius autem. 4. l. patris. 20. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. l. paterfamilias. 28. v. me illud movet. ff. de rebus author. judic. possid.*



8. *Iusta*) Id est legitima solennis perfecta. *l. 16. ff. de jur. fisc.* seu legibus consentanea. Quilibet n. testaturus secundum leges ac regulas juris civilis testari debet. *l. si queramus. 4. ff. qui testam. fac. pos. l. testandi. 13. C. d. testam.* nec cavere quis potest in testamento, quo minus leges in eo locum habeant. *l. nemo. 55. ff. de legat. 1. l. quod bonis. 15. §. 1. ff. ad leg. falcid. l. Neratius. 20. ff. de religios. & sumt. fun. l. si quando. 35. pr. C. d. inoffic. testam. l. nec ex pratorio. 27. ff. de R. J.*

9. *Sententia*) Hæc vox generis loco ponitur & dispositionem, contestationem, declarationem seu enunciationem voluntatis denotat *Ulp. in fragm. pr. tit. 20.* quia eum, qui testamentum conditurus est, voluntatem suam sive animum justâ sententiâ declarare & enunciare oportet.

10. *De eo*) Hoc est omni eo, puta totâ hereditate ad differentiam legatorum, fideicommissorum & codicillorum, in quibus non omne id quod quis in bonis habet, sed saltem pars quædam ordinatur & disponitur. *§. codicillis autem. 2. j. de codicill. l. Scævola. 76. ff. ad leg. falcid. pr. j. d. singul. reb. per fideic. reliet. pr. j. de legat. t. t. ff. de legat.*

11. *Quod quis*) Testator sc. cujus voluntas ab aliis & maximè inter contrahentes discernitur: Nam in testamentis voluntas ambulatoria est, & usque ad extremum vitæ halitum revocari potest. *l. cum hic. 32. §. pœnitentiam. 3. quod ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. eod. tit. l. q. si 4. ff. de admend. & transfer. legat.* Quod in contractibus secus, cum illi initio sint voluntatis ex post facto necessitatis. *l. sicut. 5. C. d. O. & A.* Adeò ut quod semel in illis placuit, amplius displicere nequeat. *c. quod semel. de R. J. in VI. l. in commodato. 17. §. sicut autem 3. ff. commodat. l. quamvis. 39. C. d. transact. l. non idcirco. 12. C. de contrab. emt. l. de contractu. 3. l. ratas. 7. C. de*



*C. de rescind. vendit. l. si quis 35. §. sed & si. 5. C. de donat. l. interdum. 36. in fin. ff. de judic.*

12. Post mortem suam) Viventis enim nulla est hereditas. *l. qui hereditatem. 19. l. neminem. 27. l. qui superstitis. 94. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. moribus. 2. §. interdum. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 1. §. si impubere. 21. ff. de collation.* Et ante mortem nullum sortiuntur testamenta effectum, igitur ut morte confirmantur necesse est, *C. cum Martha §. si tunc igitur. de celebrat. missar. l. quod si. 4. ff. d. adim. vel transfer. legat.* Atq; hoc modo immortalitatis typum præ se ferre dicuntur. Mortem autem hîc intelligimus naturalem non civilem, quippe quæ non confirmat, sed potius infirmitatem testamentum solenniter factum. *§. alio autem 4. j. quib. mod. testam. infirm. l. ejus qui 8. §. si cui ff. qui testam. fac. pos.* imò sola naturalis mors vera mors esse dicitur. *l. Staius. 48. §. fin. ff. de jur. fisc. Gothofr. ad l. 1. ff. qui testam. fac. pos.*

13. Fieri vult) Quæ voluntas pro lege custodienda est *Nov. 22. c. 2.* ita ut quemadmodum lex communis omnes legislatoris jurisdictioni subjectos obligat, ita testamentum tanquam testatoris lex ab iis, ad quod illud spectat, servandum. Quod tamen intelligendum de voluntate quacunq; legitimâ seu secundum leges factâ quæ solennitates non tollit, nec aliquam impossibilitatem continet. *l. nemo. 55. ff. de legat. 1. l. obtinuit. 3. de condit. & demonstrat. l. 1. ff. d. injust. rupt. irrit. l. voluntatis. 7. C. de fidei-commis.* Quando verò de voluntate certò non constat, sed in dubio est, de utro senserit testator, tunc juri municipali vel eo deficiente juri communi conforme quid eum voluisse præsumitur. *juxta l. cum servus. 39. §. scio. 6. ff. de legat. 1. l. non aliter. 69. pr. ff. de legat. 3. l. Titia. 34. §. Gajus Sejus.*

*Sejus. 3. ff. d. legat. 2. l. pradia. 27. §. item quesit. 2. ff. d. instruct. vel instrum. leg.*

14. Vidimus hactenus testamentum quid sit, sequuntur nunc divisiones, quæ pro temporis diversitate, aliæ atq; aliæ fuere, *Theoph. ad §. 1. 2. & 3. j. de testam. ordin.*

15. Et quidem antequam ad formulam perfectam & absolutam res fuerit deducta, primò duo erant genera, *Ulp. fragm. tit. 20. §. 1.* Unum fiebat pacis & otij tempore calatis comitiis, quæ Romæ anno quolibet bis per præconem curiatim vel cornicinem centuriatim populum convocantem celebrabantur: In quibus qui volebat, sine speciali solennitatum adhibitione, sed præsentem populo ultimam suam voluntatem declarabat; Unde quia calare vocare est & comitia congregatio, testamentum calatis comitiis dictum est. *§. 1. j. d. testam. ordin. Gell. lib. 15. c. 23. noct. Attic. Rosin. antiq. Rom. lib. 6. c. 1.*

16. Alterum belli tempore in procinctu fiebat ab illis, qui in prælium essent exituri, nam cum ob ancipitem belli fortunam non constaret certò, an redituri essent, testamento prius aliquot viris audientibus *secundum Cic. 2. de divinac. sine scriptis facto exhibant.* Quod nomen ab habitu, in quo faciebant testamentum, sortitum est, procinctus enim dicitur, qui accinctus est ad profligendum. *Rosin. antiq. Rom. lib. 10. c. 4. Conan. 9. com. 1.* Et ex hoc jura militaris testamenti manasse Dd. statuunt, licet testandi hoc genus cum testamento militari longo post tempore sub Imp. initium ducente planè idem non sit. *l. 1. de test. milit. Schneidovv. ad §. 1. j. d. testam. ordin. Wesenb. ad §. 1. j. de testam. milit.*

17. Cum igitur hæ duæ saltem species in usu essent, succedente ætate apparuit, hæc ratione non satis esse provisum;

visum; tùm ob infrequentiam comitiorum; multi enim morte præveniebantur; tùm quod mutare antequam alia comitia advenissent, non liceret, & palam dictari frequenti populo necesse esset, quæ secretiora esse testatoris magni interesset. *Hillig. Donell. enucl. lib. 6. c. 6. lit. B.* tertia species, quæ per æs & libram dicebatur, & per imaginariam venditionem præsentibus testibus quinque; nec non libripende & familiæ emtore fiebat, inventa est. Quod eleganter describit *Theoph. §. 1. j. de testam. ordin. Rosin. antiq. Rom. lib. 8. c. 6. Polydor. Virgil. de rer. invent. lib. 2. c. 20.*

18. Verùm cum & hæ imaginariæ venditiones juris civilis paulatim in usu esse desinerent, testium tantùm præsentiam retentâ, Prætor aliam rationem partim jus civile quoad imaginariam venditionem corrigens, partim quoad numerum testium supplens, invenit, illudq; testamentum à Dd. honorarium vocatur. *§. sed cum paulatim. 2. j. d. testam. ordin. Mejer. disp. pandect. qui testam. fac. posth. 4.*

19. Abolitâ igitur postmodùm differentiâ juris civilis & Prætorii (Salvis tamen adhuc manentibus solemnitatibus vestigiis) utrumq; in unam consonantiam jungi cæpit, additis nonnullis ex principum constitutionibus, *§. sed cum paulatim. 3. j. d. testam. ordin.* Et secundùm hoc jus novissimum commodissimè testamentum ita dividi potest, ut hodiè aliud sit perfectum, aliud imperfectum; Perfectum puta, quod directam heredis institutionem continet; Imperfectum, quod non directam.

20. Perfectum subdividitur in solenne, quod præscripto juris ordine observato solenniter à testatore

B

con-



conditur. *l. f. C. d. in offic. testam.* ut testamentum paganum, *Wesenb. parat. ff. qui testam. fac. pos. n. 7.* & minus solenne, quod certas ob causas privilegiis quibusdam gaudet, eundemq; ordinem solitum, qui in testamento solenni requiritur, tam strictè non observat, ut testamentum militare. *l. 1. & seqq. ff. d. testam. milit.* Utrumq; fit vel interveniente scripturà vel nudà nuncupatione, unde unum scriptum alterum nuncupativum dicitur. *§. fin. j. de testam. ordin. l. heredes. 21. in pr. ff. qui testam. fac. pos. l. hac consultissima. 21. l. jubemus. 29. C. de testam.* Et hæc de divisione tradita sunt.

21. Sunt autem in quovis testamento duo potissimum consideranda 1. Persona testatoris, an illa testamenti factionem (activam intelligo, siquidem non saltem ii, qui condere testamenta, sed & qui ex iis capere possunt, testamenti factionem habere dicuntur. *l. filiusfam. §. 1. ff. qui testam. fac. pos. l. testamento. 21. ff. de testam. tutel. l. non minus. 31. l. si alienum. 49. §. in extraneis. 1. ff. de hered. instit. §. servus autem 3. j. eod. l. debitor. 82. §. servo. 2. ff. de legat. 2. l. nemo. 7. ff. pro legat. & hæc passiva dicitur, *Vultei. J. R. lib. 1. c. 73. n. 9.*) habuerit, & 2. ipse testandi modus, an si habuerit, secundum regulas juris testata sit. *l. in eo. 4. ff. qui testam. fac. pos. l. 1. §. exigit. 8. ff. de bon. poss. sec. tab.**

22. Sed quia non ex gratiâ verum ex jure & quidem jure communi non singulari testamenti factio oritur. *l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. ex facto. 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. hæc tenenda est regula;* Omnes habere testamenti factionem, qui non prohibentur, *l. verbis. 120. ff. de V. S. l. 1. pr. ff. ad leg. falcid. arg. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. mutus. 43. §. cum quaeretur. 1. ff. de procurat. & t. t. j. quib. non est permis. fac. testam.*

23. Pro-

23. Prohibentur verò quidam naturâ, quidam lege,  
*arg. l. cum prator. 12. §. non autem 2. ff. de judic.* Naturâ prohi-  
bentur, qui defectum animi vel corporis patiuntur. *Cu-  
jac. 8. observ. 32.*

24. Ob defectum animi testari nequeunt. 1. Impu-  
beres. *§. 1. j. quib. non est permis. fac. testam. l. si filiusfam. 19. ff. qui testam. fac. pos. l. 1. §. exigit. 8. ff. de bonor. poss. sec. tab. l. si frater. 4. C. qui testam. fac. pos.* Eorum enim nullum animi  
judicium, infirmum semper habent consilium. *l. 1. ff. de  
minor. & nec velle nec nolle possunt. l. pupillus. 189. ff. de R.  
J. ut maximè etiam tutoris autoritas accesserit. l. 1. §. 1. ff.  
de tutel. & ration. distrab.* Penderet enim sic ex alieno ar-  
bitrio, quod leges non permittunt, *per supra allegata in th. 7.* Impuberem autem voco, qui annum 14. si masculus, &  
annum 12. si foemina nondum implevit. *l. à qua etate. 5. ff. qui testam. fac. pos.* An autem tempus pubertatis ita strictè  
sit observandum, ut nec ipso natali die impubes testari  
possit, quæritur, & negativa verior est *per d. l. à quâ etate.*  
Cum annus cæptus & brevi complendus habeatur pro  
completo, *arg. l. ad rempub. 8. ff. d. muner. & honor. l. qui fili-  
us. 74. §. Fabius Antoninus. 1. ff. ad Senatusc. Trebell. l. annicu-  
lus. 131. ff. de V. S. d. l. si frater. 4. C. qui testam. fac. pos.*

25. 2. Furiosi. *l. filiusfam. 16. §. 1. ff. qui testam. fac. pos. l. furiosum. 9. C. eod. l. 1. §. exigit. 8. ff. de bon. pos. sec. tab. Vlp. tit. 20. §. 13.* Ratio, quia integritas mentis in testatore requiri-  
tur. *l. in eo. 2. l. in adversa. 17. ff. & l. senium. 3. C. qui testam. fac. pos.* Furiosus autem mente caret. *§. 2. j. quib. non est permis. fac. testam. l. qui testamento. 20. §. ne furiosus. 4. ff. qui testam. fac. pos. l. si ei. 2. §. furiosus. 3. ff. de jur. codicill. & voluntatem, quæ in testamento desideratur, ut supra diximus th. 7. non*  
habet.

habet. *l. furiosi 40. ff. de R. I. l. emtionem. 2. C. de contrab. emt.*  
& ita testamentum à furioso tempore furoris factum  
non valet, quamvis postea sanam mentem receperit, ab  
initio enim vitiosum fuit. *l. quod initio. 29. l. cum principalis.*  
*178. l. omnia que. 201. l. que ab initio. 210. ff. de R. I. Testamen-*  
*tum autem ante furorem factum, furor superveniens*  
*non infirmat, §. 1. j. quib. non est permifs. l. fin. ff. de injust.*  
*rupt. l. 1. §. si quis. 9. ff. de bonor. pos. sec. tab.* Unde etiam illud,  
quod in dilucidis intervallis facit, jure subsistit. *Cajus. tit.*  
*2. instit. §. fin. l. qui testamento. 20. §. ne furiosus. 4. ff. qui testam.*  
*fac. pos. modò ante reditum furoris absolutum fuerit. l.*  
*furiosum. 9. C. qui testam. fac. pos. arg. l. Divus. 14. ff. de offic.*  
*presid.* Si verò exactè non constet, an in ipsis intervallis  
confectum sit, nec ne præsumtio stat pro testamento, ut  
potiùs valeat quàm pereat. *l. quotiens. 12. l. ubi est, 21. ff. de*  
*reb. dub. l. cogi poterit. 16. in fin. principii ff. ad Sct. Trebell. vel*  
*potiùs, cum cognitio furoris in facto consistat, dicendum*  
*erit, id ipsum judicantis religioni relinquendum esse.*  
*arg. l. ordine 15. pr. in fin. ff. ad municip. l. si quã. 144. ff. d. V. S. l. 1.*  
*ff. de jur. delib.*

26. 3. *Mente capti. l. in adversa. 17. ff. qui testam. fac. pos.*  
*l. hoc colore. 2. de inoffic. testam.* Illi enim per omnia quoad  
destitutionem mentis in testamenti factione furiosis æ-  
quiparantur. *l. filiusfam. 16. §. 1. ff. qui testam. fac. pos. §. sed &*  
*4. j. de curat. licet aliàs inter se differant, l. si furiosi. 25. C. de*  
*nupt. quod ille sit, qui ad omnia mentis lumine & com-*  
*muni sensu caret, dira q; signa agit, hic verò qui non usq;*  
*quaq;, sed ex parte tantum inquietis errore ducitur, nul-*  
*laq; signa extrinsecus ostendit. Alciat. 2. parerg. 16. Røvard.*  
*3. conject. 18.* Huc referuntur ebriosi, illi enim sanæ mentis  
exilium

exilium patiuntur. c. à crapulâ de vit. & honestat. cleric. Iracundi. l. quicquid. 48. ff. de R. I. Ira enim furor est, inquit Horat. 1. epist. 2. Add. l. alienam. 2. C. ad l. Iul. maj. & c. si quis iratus. 2. q. 2. & omnes morbo comitiali, qui mentis consilium impedit, laborantes, l. 1. §. apud Vivianum. 9. & seqq. l. ob qua 4. §. sed si. 1. ff. de adilit. edict.

27. 4. Prodigii. l. is cui. 18. ff. qui testam. fac. pos. §. item 2. j. quib. non est permis. fac. testam. Omnium libidinum & vitiorum servi. l. fin. §. 2. C. de sentent. pass. qui licet revera mente non careant, furiosum tamen plerunq; exitum quoad bona facere solent. l. bis qui 12. §. Divus. 2. ff. de tutor. & curat. junctâ l. quidam 27. pr. ff. d. condit. instit. Cum neq; tempus neq; finem expensarum observent, sed dissipando bona profundant. l. 1. ff. de curat. furios. Vnde etiam furiosis comparari solent, in l. 1. ff. & l. 1. C. de curat. furios. l. fin. §. minores. 2. C. de sentent. pass. Et hæc adeo observanda veniunt, ut etiam si ita conditum sit testamentum, ut nec sanæ mentis homo aliter disponere potuisset, tamen non subsistat. Mynsing. 3. observ. 77. Cum semper quotiens de mentis integritate testatoris quæstio est, conditi testamenti tempus intueri debeamus. l. in eo. 2. ff. qui testam. fac. pos. l. senium. 3. C. eod. Talem autem intellectum volumus prodigum, non qui vulgo pro tali habeatur, sed cui à magistratu interdicta sunt bona. l. is cui 18. ff. qui testam. fac. pos. l. 1. l. & mulieri. 15. §. 1. ff. de curat. furios. d. l. certi conditio. §. sed & si. 7. ff. de reb. credit. l. tres tutores 55. §. quod autem 4. ff. de admin. tutel. ante tamen interdictionem rectè & secundum præscripta legum conditum invalidum non est. d. l. is cui. 18. ff. qui testam. fac. pos. §. item. 2. j. quib. non est permis. fac. testam. Vlp. frag. tit. 20. §. 12.

28. Ob defectum corporis, qui & ad animum usque penetrat. *l. ob quæ 4. §. 1. ff. de ædilit. edict.* testari nequeunt. 1. Surdi & muti, qui non casu, sed naturâ tales facti, & utroq; vitio simul laborant. *l. qui 6. §. 1. ff. & l. discretis. 10. C. qui testam. fac. pos.* Illi n. testes rogare, & ipsorum testimonium audire non valent. *Vip. tit. 20. §. 12.* Cum tamen opus sit in testamentis verborum prolocutione & auditu. *l. beredes. 20. pr. ff. qui testam. fac. pos. l. jubemus. 29. C. de testam. arg. §. testes. 6. j. de testam. ordin.* Ubi verò morbus ille uterque ex accidente postea intervenit, tum demum, si ejusmodi homo literarum sit peritus, testamentum manu propriâ rectè condit. *d. l. discretis.* Et ubi infortunium fuerit discretum, ut alterutro quis laboret, sive ita natus sit, sive factus, supremam voluntatem declarare non prohibetur. *d. l. discretis. 10. §. sin autem. C. qui testam. fac. pos. §. item surdus. 3. j. quib. non est permis. fac. testam. l. mutum. 9. ff. de ædilit. edict.* Quamvis olim hoc non nisi à principe impetrari poterat. *l. si mutus. 7. ff. qui testam. fac. pos.*

29. 2. Cæci nisi præscriptam à Justiniano in *l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. pos.* formulam observaverint. *§. cæcus. 4. j. quib. non est permis. fac. testam.* Ut videlicet, quoniam ob visus defectum scribendi potentiâ careant, nuncupatione coram septem testibus & Notario vel eo deficiente octavo teste ad id specialiter requisitis suam declarent voluntatem, ne ullus insidiis & fraudi, quam aliàs præcavet oculorum intentio, locus relinquatur, & voluntas tot oculis spectata in dolum incidat. *Menoch. lib. 4. presunt. presunt. 6. n. 1. Mynsing. & Schneid. ad §. cæcus. 4. j. quib. non est permis. fac. testam.* Quamvis secus sit in testamento, quod cæcus parens facit inter liberos, in eo



in eo enim solennitates tam strictè non observantur. *l. hac consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. C. de testam. l. fin. C. fam. ercisc.* Ratio, quia solennitates ideò requiruntur, ut omnis evitetur falsitatis suspicio, quæ fanè cessat in parente, ille enim semper & ubiq; optimum consilium pro liberis suis capere præsumitur. *l. nec in eâ. 22. §. ideò autem ff. ad l. jul. de adult. l. si quis. 34. C. de inoffic. testam. l. fin. C. de curat. furios.*

30. Moribundi & in agone mortis constituti, qui rationis & loquelæ usum amplius non habent, nec mentem explicare, & proprio ore heredem nuncupare possunt. *arg. l. qui in potestate. 6. §. fin. l. heredes. 21. in pr. ff. qui testam. fac. pos. l. jubemus. 29. C. de testam.* Si verò sinceritatem mentis teneant, & cum sermonis intellectu loqui possint, testamentum valebit. *l. senium. 3. in pr. C. qui testam. fac. pos. l. quoniam. 15. l. jubemus. 29. C. de testam. l. Seja. 42. §. cum pater. 1. ff. de mort. ausa donat. l. Pamphilo. 39. §. propositum. 1. ff. de legat. 3.*

31. Videndi nunc sunt, qui lege intestabiles dicuntur; Et hi impediuntur vel ob potestatem dominicam vel patriam, cui subsunt, vel quod non cives Romani, vel criminis rei sint, vel hæretici. *Vultei, J. R. lib. 1. c. 73. n. 19.*

32. Ob potestatem dominicam impediuntur 1. Servi, *l. filiusfam. 16. pr. l. si filiusfam. 19. ff. qui testam. fac. pos.* Illi enim non solùm nihil proprii habent, de quo testari possent, *§. 1. j. de his qui sui vel alien. jur. sunt. l. acquiruntur. 10. §. igitur. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. item vobis. 3. J. per quas person. cuiq; acquir.* Sed etiam, quoniam testamenti factio juris civilis est, cuius communionem non habent, *l. qui testamento. 20. §. servus. 7. ff. qui testam. fac. pos.* Imò pro nullis habentur.

habentur, & mortuis ferè comparantur. *l. quod attinet. 32. l. servitutem. 209. ff. de Reg. jur. l. 1. ff. de jur. delib. l. liberos. 3. ff. de capit. minut. l. lege aquilia. 2. §. 2. ff. ad leg. aquil. l. intercidit. 59. ff. de condit. & demonst.* Huc pertinent de statu suo dubitantes. *l. qui in testamento. 14. & seq. ff. qui testam. fac. pos.* Cum enim animi pendeant, voluntas ipsorum naturæ hujus ordinationis, quæ certa esse debet, repugnat, *l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. si quis. 6. §. bi autem. 8. ff. de injust. rupt. irrit. l. 1. in pr. ff. de legat. 3.* Excipiuntur tamen milites & veterani *l. ex militari. 11. §. si miles. ff. de testam. milit. l. Aristo. 9. ff. de iur. codicill.*

33. 2. Monachi, qui post ingressionem monasterii nec velle nec nolle habent, sed imperio Abbatis se subjecerunt. *c. si religiosus. 27. de elect. in 6.* Et quoad bona servis æquiparantur, cum illa omnia, præter liberorum, si quos habeant, legitimam, & uxoris dotem tacito quodam jure ad monasterium cum ipsis transeant. *auth. ingressi. C. de S S. Eccles. nisi in ingressu monasterii de quibusdam bonis retinendis protestati sint. c. quia ingredientibus. c. si qua mulier. 19. quest. 3.* Ut sunt bona patrimonialia, quæ ex donatione aliquâ vel professione vel aliunde proficiscuntur. *c. quia nos. c. relatum. extra de testam. l. Sacro Sancta. 34. & auth. Presbyteros C. de episcop. & cleric. Testamentum verò ante ingressum monasterii factum valet, modò virilis portio monasterio inferenda retenta sit. auth. si qua mulier, C. de S S. Eccles. N. 5. c. 5. N. 128. c. 38.*

34. 3. Capti ab hostibus. *§. f. j. quib. non est permis. fac. testam. l. eius. 8. pr. ff. qui testam. fac. pos. l. facere. 10. ff. de testam. milit. l. si quis. 6. §. irritum. 5. ff. de injust. rupt. irrit. Vlp. fragm. tit. 23. §. 5.* dum sc. in captivitate hærent, nam quod penes

penes hostes conditum, non subsistet, quia initio non  
constitit, *l. quod initio. 29. l. cum principalis. 178. l. omnia qua.  
201. ff. de R. I.* Testamentum verò ante vel post captivita-  
tem factum non improbat, jus enim postliminii fin-  
git, ipsum semper fuisse in civitate si redeat, *l. retrò. 16. ff.  
de captiv. & postlim. §. fin. j. quib. non est permis. fac. testam.*  
Si verò ibi decedat, lex cornelia fingit, ac si in ipso mo-  
mento obiisset. *d. §. l. Cornelia. 12. ff. qui testam. fac. pos. l. si  
quis. 6. §. quatenus. 12. ff. de injust. rupt. irrit. l. in omnibus. 18.  
ff. de captiv. & postlim. revers. §. si ab hostibus. 5. j. quib. mod.  
jus pat. potest solv.* Ad hanc classem referre lubet obsides  
populo Romano pro captivis traditos, illis enim facul-  
tas testandi non competebat, nisi per beneficium specia-  
le quod erat togæ Romanæ usus. *l. obsides. 11. ff. qui testam.  
fac. pos. l. sed si 32. ff. de jur. fisc.*

35. Ob potestatem verò patriam testari prohibentur  
filii familias. *l. qui in potestate. 6. in pr. ff. qui testam. fac. pos. l.  
senium. 3. §. filium. 1. l. nemo. 11. C. eod. l. qui ex 11. §. testamento. 2.  
ff. de bonor. pos. sec. tab. de bonis sc. profectitiis & adventi-  
tiis in quibus pater vel plenum dominium vel usumfru-  
ctum habet, ne quidem permittente patre. d. l. 6. & pr. j.  
quib. non est permis. fac. testam.* Quid verò de iis adventitiis  
& profectitiis in quibus pater nihil juris? Neq; tunc eos  
testamentum condere posse concludendum erit, idque  
ideò, quia ratio, quæ in castrensis vel quasi consistit,  
favor videlicet literarum & militiæ in eis cessat. Huic  
accedit textus generalitas in *l. nemo 11. & l. seq. C. qui testam.  
fac. pos. pr. j. quib. non est permis. fac. testam.* De castrensi  
verò vel quasi castrensi pro lubito suo disponere possunt.  
*d. l. fin. C. qui testam. fac. pos. d. pr. j. quib. non est permis. fac.  
testam.*

C



testam. l. usq. 2. ff. ad Sc. Macedon. l. cum antiquis. 37. §. in his  
itaq. l. C. de inoffic. testam. l. si filiusfam. 4. C. famil. ercisc. l. si fili-  
usfam. 2. l. miles. 4. in pr. l. ex nota 10. §. t. t. ff. de castrens. pecul.  
36. Hos sequuntur illi, qui cives Romani non sunt,  
quales sunt peregrini Vlp. tit. 17. pr. §. tit. 20. §. 13. l. sed si 6. §.  
solemus. 2. ff. de hered. instit. l. 1. C. eod. l. sed si 10. §. sed si 6. ff. de in-  
jus voc. l. 1. pr. ff. at leg. falcid. Id quod jure novissimo muta-  
tum est, ita ut libera condendi elogia facultas & peregri-  
nis sit concessa, aut b. per omnes. C. commun. de success.

37. Nunc ad criminis vel delicti alicujus reos, & te-  
stamentum ideo facere nequeunt, quales sunt i. Damna-  
ti ad mortem, ut post sententiam amplius non vivant. l.  
ejus qui §. fin. ff. qui testam. fac. pos. Illi enim neq; libertatem  
neq; civitatem retinent, l. qui ultimo. 29. ff. de poen. l. 1. ff. de  
bon. damnat. l. qui cum 14. §. is demum. 3. ff. de bon. libertor. l. si  
quis. 6. §. irritum. 5. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. nec  
quicquam habent, de quo testari valent, l. 1. ff. de bon. da-  
mnat. l. eum qui. 3. ff. de interdict. l. in metallum. 4. C. de bon.  
proscript. Et licet hodierno jure ejusmodi damnatis neq;  
bona publicentur, neq; libertas auferatur, aut b. bona da-  
mnat. C. de bon. damnat. aut b. sed hodie. C. de donat. int. vir. §.  
uxor. nisi in certis casibus. N. 134. c. f. in fin. nihilominus ta-  
men intestabiles remanent. d. N. 134. c. f. d. aut b. bon. da-  
mnat. C. de bonis proscript. Cum omnia bona liberis vel  
ascendentibus statim addicentur, ut ita nihil habeant,  
unde testari possint. Donel. 6. comm. 16. Gail. de p. p. 1. obs. 19. n.  
8. Si verò post sententiam condemnatoriam testentur &  
à sententiâ appellent, ac pendente appellatione mori-  
antur, testamenta eorum non infirmantur. l. si quis 9. l. qui  
à latron. 13. §. f. ff. qui testam. fac. pos. In milite verò ex deli-  
cto mi-

Etto militari damnato secus est, ille enim indistinctè te-  
stari non prohibetur. *l. si quis. 6. §. sed & 6. ff. qui testam. fac.  
pos. ex militari. 11. pr. ff. de testam. milit.*

38. 2. Deportati. *l. ejus qui 8. §. in insulam. 2. ff. qui te-  
stam. fac. pos. §. minor. 2. j. de capit. dimin. l. 1. §. hi quibus. 2. ff.  
de legat. 3.* quia per deportationem efficiuntur peregrini,  
omniaq; civilia cum civitate amittunt. *§. 1. j. quib. mod. jus  
pat. potest solv. l. 1. C. de hered. instit.* Imò bona quoq; unde  
testari possent, non retinent. *l. f. §. f. C. de sentent. pas. & re-  
stit. l. fin. in fin. l. 15. ff. de interdict. l. verum est. 63. §. societas 10.  
ff. pro socio.* Et hujus ferè conditionis à Dd. censentur ban-  
niti, de quibus videatur *Dautb. de testam. n. 211. Gail. de puc.  
p. 2. obs. c. 1. n. 24.*

39. Et 3. Alii à legibus intestabiles declarati, ut sunt  
usurarii manifesti. *c. fin. de usur. in 6.* Illi enim nec ad com-  
munionem altaris nec sepulturam admittuntur *c. quia  
extr. de usur. Schneidvv. ad §. f. j. quib. non est permis. fac. te-  
stam. §. ob carmen famosum damnati l. is cui §. f. l. lex Cor-  
nelia. §. si quis 9. & seq. ff. de injur.* Et qui prohibitas nupti-  
as contrahunt, nisi liberis legitimis testentur. *l. si quis 6.  
auth. incestas. C. de incest. & inutil. nupt.* Alii verò infames,  
qui nuspiam reperiuntur prohibiti, testari posse viden-  
tur. *l. verbis. 120. ff. de verb. sign. arg. l. mutus 43. §. cum quere-  
tur. 1. ff. de procurat. Casus est in l. 1. C. de sec. nupt.*

40. Restant adhuc illi, qui ideò prohibentur facere  
testamenta, quod sint hæretici. *c. cum secundum 19. de heret.  
in 6. vel eorum receptatores. l. Manichæos. 4. §. ergò 5. &  
auth. credentes. C. de heret. & Manich.* Nam longè gravius  
est, offendere majestatem æternam, quam temporalem.  
*c. vergentis. 10. & c. excommunicamus. 13. de heret. auth. Gaza-  
ros.*

ros. *C. de heret. & manich.* Hoc tamen fallit, si suos liberos orthodoxos instituunt, *l. manichæi 15. l. sanctæ. 17. §. f. l. quæ de 18. l. cognovimus. 29. pr. & auth. idem est. C. de heret. & manich.* Quibus accensendi sunt Apostatæ, qui planè à Christianâ religione defecerunt. *l. bi qui. 3. & seq. C. de Apostat.* Non judæi, cum illi in negotiis civilibus pro civibus Romanis habeantur. *l. judæi. 8. C. de judæis.* Et hæc de his, quibus testamenti factio non competit.

41. Sequitur jam testandi modus seu forma, quæ in eo consistit, ut testamentum ritè & secundum omnes solennitates sit conditum, illa est vel substantialis vel accidentalis. Substantialis posita est in sola hæredis institutione legitimâ, quæ substantiam totius testamenti constituit, & differentiam specificam cum codicillis continet. *§. codicillis. 2. j. de codicill. l. fin. ff. d. jur. codicill. l. hereditatem. 2. C. eod.* eâq; de causa fundamentum ac caput dicitur, *§. ante hæredis. 34. j. de legat. l. 1. ff. de hered. instit. l. moribus. 2. §. prius. 4. ff. de vulg. & pupill. substit. l. posthumi. 3. §. unde. 2. ff. de injust. rupt. irrit. pr. j. de exher. lib.* quâ omisâ totum annullatur testamentum. *l. inter, cetera. 30. de liber. & posthum. l. jubemus. 29. in pr. & auth. & non observato C. de testam. Nov. 119. c. 9.* nisi sit militare per generalitatè textus in *pr. j. de milit. testam. l. 1. ff. de testam. milit. l. in fraudem. 15. §. sicut autem. 1. ff. eod. l. 1. C. de testam. milit.*

42. Accidentalibus forma circa reliquas versatur testamenti solennitates quæ vel publicæ sunt vel privatæ, publicas solennitates voco illas, quæ muniuntur fide publicâ & in illo testamento adhibentur, quod fit coram principe vel actis publicis insinuatur. *l. omnium 19. C. de testam.* quando videlicet testator ultimæ suæ voluntatis tenorem

tenorem principi vel actis publicis offert, rogando ut in  
scrinia recipiatur, & ad mortem usq; illius ibi reservetur.  
*Dauth. ad d. l. omnium. 19. C. de testam. n. 1. Clar. in §. testam.  
quest. 56. n. 7.* Et hoc originem ab illo habet, quod olim  
calatis fiebat comitiis, sicut enim in hoc praesentia popu-  
li requirebatur, ita in illo persona principis vel iudicis,  
cujus fides omnia omnes testes, omnesq; solennitates  
repraesentat ac supplet. *l. fin. C. de re judic. l. in donationibus.  
31. C. de donat. l. census. 10. ff. de probat. Nov. 52. c. 2. & Nov.  
73. c. 5.*

43. Privatas verò solennitates appello, quæ privato-  
rum nituntur fide, & in illo testamento, quod quis intra  
parietes privatos conficit, necessariò adhibendæ sunt;  
Eæ autem vel respiciunt testamentum nuncupativum  
vel scriptum vel utrumq;

44. Quæ solum nuncupativum respiciunt, confi-  
stunt in manifestâ & integrâ nuncupatione, id est, ut te-  
stator non solum verba sua ita proferat, quo ab omnibus  
testibus audiri & intelligi queant. *§. fin. j. de testam. ordin.  
l. heredes. 21. pr. ff. qui testam. fac. pos. l. f. ff. de jur. codicill. l. o-  
mnium 19. l. hac consultissima. 21. §. per nuncupationem. 2. C. de  
testam.* Sed etiam proferenda integrè absolvat, ne magis  
capisse quam fecisse testamentum intelligatur, *l. si is. 25.  
ff. qui testam. fac. pos. l. jubemus 29. C. de testam.* Nec impedit,  
quod in scripturam postmodum redigatur, ejus enim  
naturam non exuit, sed nuncupativum nihilominus ma-  
net, arg. *l. hac consultissima 21. §. si quis. 3. C. de testam. Vultei.  
ad §. fin. j. de testam. ordin. n. 5.*

45. Quæ solum scriptum respiciunt testamentum,  
consistunt 1. in nudâ scriptione. *l. hac consultissima 21. pr.*



*c. de testam.* ut videlicet testator vel manu sua vel alterius.  
*d. l. 21.* & quidem literis integris non siglis vel notis illud  
scribat, §. *eandem autem. 22. constit. tanta de confirm. ff. de l.*  
*sed cum 6. §. fin. ff. de bon. poss. aut b. quod sine c. de testam. Nov.*  
*107. c. 1.*

46. 2. In subscriptione testatoris, qui literas norit,  
§. *sed cum. 3. j. de testam. ordin.* nisi ipse totam dispositionem  
scripserit, tunc enim speciali testatoris subscriptione  
non est opus *l. cum antiquitas. 28. §. cum autem 1. c. de testam.*  
Si verò ignoret literas vel morbo impediatur, octavum  
testem adhibeat, qui ejus nomine subscribat. *l. hac consultis-*  
*tissima. 21. pr. l. jubemus. 29. c. de testam.*

47. 3. In subscriptione testium. §. *sed cum. 3. j. de*  
*testam. ordin.* quæ ita necessaria est, ut eâ omisâ totus  
testamenti actus vitietur. *l. hac consultissima. 21. in pr. c. de*  
*testam. l. ad testium. 22. §. si quis. 4. ff. qui testam. fac. pos.* Et  
debet hæc subscriptio fieri propriâ manu. *l. singulos. 30. ff.*  
*qui testam. fac. pos. d. l. hac consultissima. 21. c. de testam.* Idq;  
propterea, ut tantò certior sit & indubitator fides testi-  
um manus suas recognoscentium, *Menoch. consil. 639. n. 14.*  
Si verò tali in loco conficiatur, ubi tot testes ordinarii,  
qui literas nesciunt, deficiunt, testes literati reliquis præ-  
sentibus subscriptionem apponere possunt, *l. final. c. de*  
*testam.*

48. Et 4. In obfignatione seu sigilli impressione  
tam testatoris quàm testium, quæ tam necessaria est,  
quàm subscriptio. *l. ad testium. 22. §. si quis. 4. ff. qui testam.*  
*fac. pos. §. sed cum 3. j. de testam. ordin. l. hac consultissima. 21.*  
*pr. c. de testam.* Imò plus operari obfignationem quàm  
subscriptionem quidam volunt. *Vultei. consil. 34. vob. 3.*  
*Wesenb.*



*Wesenb. consil. 14. n. 5.* Et potest hæc sub signatio uno annulo celebrari, dummodo adscribatur hoc in defectum annulorum esse factum. *S. possunt. 5. j. de testam. ordin. l. ad testium. 22. S. si ab. 2. l. singulos. 30. ff. qui testam. fac. pos. l. si unus. 12. c. de testam.* Sed quæritur hic an solo annulo, vel etiam alio signo characterem habente signari possit. Posterius quidem de jure civili negamus, *per text. l. si unus. 12. c. de testam. l. ad testium. 22. S. si ab ipso. 2. S. signum. 5. ff. qui testam. fac. pos.* Sed hodiè in usu hæc opinio esse desiit. *per text. von Testamenten. S. die Form eines Testaments in Schriften in Reces. Imp.*

49. Quæ verò utrumq; tam scriptum quam nuncupativum spectant, requirunt i. Septem idoneorum testium adhibitionem. *l. si testamentum. 23. ff. qui testam. fac. pos. S. sed cum. 3. j. de testam. ordin. l. si unus. 12. l. hæc consultissima. 21. c. de testam. l. bonorum. 3. ff. unde liberi.* Cur autem præcisè numerus septenarius electus fuerit, non hanc habet significationem, ac si peculiaris quædam vis huic inesset numero, eadem enim ratione & ternarius sufficisset, sed quia maximâ ex parte ultimus veterum testandi modus, qui quinq; testibus libripende & familiæ emtore, de quo supra th. 18. peragebatur, reservatus fuerit, ad retentionem quandam vetustatis etiamnum tot in testamento personæ requirantur, in locum verò familiæ emtoris & libripendis, quorum usus abolitus, duo alii testes substituti sint. Ratio autem cur in testamento per æs & librum quinq; testes adhibebantur à *sexto Pomponio Festo* hæc redditur, quod Populus Romanus olim in quinq; classes distribuere, & ideò illi quinque totum populum repræsentarent, unde etiam classicos testes vocat,

vocat, qui in testamento adhibentur. Sed an numerus  
testium statuto minui possit, quaeritur? Nos affirmanti-  
um opinioni utpote veriori subscribimus, per *l. si non. 9.*  
*c. de testam. l. f. c. qui testam. fac. pos. arg. l. milites. 15. c. de te-*  
*stam. milit. l. jus civile. 6. ff. de j. & j. l. de quibus. 32. ff. de legib.*  
*§. sed naturalia. 11. j. de jur. N. G. & civ.* Hoc tamen scien-  
dum de jure Canonico testamentū subsistere quod co-  
ram duobus testibus & Presbytero Parochiali factum  
est, *c. cum omne. 10. extra de testam.* Cum in ore duorum  
aut trium stet omne verum. Quod tamen in Ecclesiæ  
terris saltem obtinet. *Fachin part. 2. contro. lib. 6. c. 41.*

50. 2. Eorundem rogationem & conuocationem.  
*l. heredes. 21. §. in testamentis. 2. ff. qui testam. fac. pos. l. hac con-*  
*sultissima. 8. c. qui testam. fac. pos. l. hac consultissima. 21. l. fin.*  
*c. de testam. auth. rogati. c. de testib.* Rogari enim debent  
specialiter vel ab ipso testatore, vel ejus nomine consen-  
tiente testatore alio, & diligenter præmoneri ad quam  
causam adhibendi sint. *d. l. heredes. 21. §. 2. ff. qui testam. fac.*  
*pos. d. l. hac consultissima. 21. l. fin. c. de testam. d. auth. rogati c.*  
*de testib.* Casu enim eos confluisse aut alterius negotii  
causa convenisse non sufficit, si tamen ante testimonium  
saltem certiorati sint, ad testationem se esse adhibendos,  
à testimonio dicendo minus arcentur. *d. l. heredes §. 2. ff.*  
*qui testam. fac. pos.* Non obstante, quod in aliis negotiis  
ad testimonium etiam non rogatus admittatur. *l. ad fi-*  
*dem. 11. ff. de testib.* Cum in testamentis hoc speciale sit,  
nec alias pro idoneis testibus habeantur, nisi sit testa-  
mentum militare, in illo enim specialis hæc rogatio ces-  
sat. per *l. l. Lucius Titius. 40. pr. ff. de testament. milit.*



51. 3. Ipsorum praesentiam tam animi quam corporis, ut videlicet in conspectu testatoris omnes simul praesentes sint, ipsumque articulata voce loquentem non solum audiant, verum & propriis oculis intueantur. *l. qui testamento. 20. §. Et veteres. 8. ff. qui testam. fac. pos. l. si non. 9. l. si unus. 12. l. hac consultissima 21. l. cum antiquitas. 28. C. de testam.* nisi forte unus atque alter propter fortuitum casum puta morbum aut contagionis metum praestita prius subscriptione & subsignatione dimittatur. *l. casus. 8. d. l. 28. C. de testam.* Si vero coactus vel ob necessitatem avocetur in puncto revertatur necesse est, aut ipsi alius substituantur. *d. l. cum antiquitas. 28. C. de testam.* Unde consequens est, extraneum actum sive testatoris sive testium in ipso testamenti actu intervenire nullo modo posse, cum omnia ductu actionis perpetuo, continuoque tenore rite expedienda sint. *§. sed cum. 3. j. de testam. ordin. l. qui testamento. 20. §. Et veteres. 8. l. heredes. 21. §. fin. ff. qui testam. fac. pos. l. hac consultissima 21. in pr. Et §. per nuncupationem 2. l. cum antiquitas. 28. C. de testam.* Hinc recte quaeritur de contractibus, an etiam ii in testamentis celebrari possint, quod per *l. heredes. 21. §. fin. Et jam allegata* negatur.

52. Et 4. Eorundem testimonium ferendi habilitatem. *§. testes autem 6. j. de testam. ordin. l. qui testamento. 20. ff. qui testam. fac. pos.* habiles itaque omnes censentur, qui non prohibentur, *l. 1. §. 1. ff. de testib. l. mutus. 43. §. cum quaeretur. 1. ff. de procurat.* Prohibentur vero quidam naturam quidam lege. *arg. l. cum praetor. 12. §. non autem 2. ff. de judic.*

53. Naturam prohibentur 1. Impuberes. *§. testes autem 6. j. de testam. ordin. quod & alias regulare est. l. testium. 3. §. lege julia. 5. l. inuiti. 19. §. 1. ff. de testib. l. fin. ff. de jur. Et fact.*  
D. *magister. D. 1. ignor.*

*ignor. l. videamus. 4. pr. ff. de in lit. jur. propter lubricum ani-*  
*mi iudicium. l. 1. ff. de minor. Vlp. frag. tit. 20. §. 6. §. 11.*

54. 2. Furiosi & mente capti *d. §. 6. j. de testam. ordin.*  
propter fati infelicitatem *l. infans. 12. ff. ad l. corn. de sicar.*  
quid enim agitur, nesciunt, *l. in negotiis 5. ff. de R. J. l. 1. §. fu-*  
*riosum. 12. ff. de O. & A. l. qui servum. 47. ff. d. acquir. vel mitt.*  
*bered. l. si ei. 2. §. furiosus. 3. ff. de jur. codicill. nisi tempore di-*  
*lucidi intervalli ad testimonium perhibendum fuerint*  
*accerfiti. l. qui testamento. 20. §. ne furiosus. 4. ff. qui testam.*  
*fac. pos.*

55. 3. Muti & surdi. *§. testes. 6. j. de testam. ordin. l. in qui-*  
*buscunq. 48. ff. de O. & A. l. 1. §. initium. 3. ff. de postul. l. 124. ff.*  
*de R. J. Nov. 73. c. 3. mutus enim quid actum sit dicere ne-*  
*quit, surdus quid dicatur non percipit. Donell. 6. com. 7.*

56. 4. Cæci, testes enim in conspectu testatoris offi-  
cio suo fungantur. *l. 1. §. t. t. ff. quemadm. testam. aper. l. si*  
*non. 9. C. de testam. quod cæcus facere nequit, imò nec*  
*scribere nec signare, multò minus sigillum suum agno-*  
*scere valet. d. l. 1. ff. quemadm. testam. aper.*

57. Et 5. Prodigii. *d. §. testes. 6. j. de testam. ordin. l. is cui.*  
*18. ff. qui testam. fac. pos. quia æquiparantur furiosis. l. 1. ff. de*  
*curat. furios. l. testium. 3. in pr. ff. de testib.*

58. Lege prohibentur 1. Servi *d. §. testes. 6. j. de testam.*  
*ordin. l. qui testam. 20. §. servus 7. ff. qui testam. fac. pos. testes*  
enim cives Romani esse debent, *l. hac consultissima. 21. C.*  
*de testam. quales servi neququam sunt. Excipitur tamen*  
*casus si forte tempore conditi testamenti servilis condi-*  
*tionis homo omnium consensu pro libero fuerit habi-*  
*tus. §. sed cum aliquis. 7. j. de testam. ordin. aut b. si testis. C. de*  
*testib. Cujus ratio in favore ultimarum voluntatum est*  
*posita. l. 1. C. de testam.*

59. 2. Fœ-



59. 2. Foeminae. d. §. testes. 6. j. de testam. ordin. l. qui te-  
stamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui testam. fac. pos. non propter  
secreta reticendi difficultatem vel sexus imbecillitatem  
(aliàs enim etiam à testimonio ferendo in aliis negotiis  
sive publicis sive privatis & quidem contra l. ex eo 18. ff. de  
testib. l. qui testamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui testam. fac. pos. l. 2.  
ff. de accusat. l. in questionibus. 8. ff. ad leg. jul. mai. depelle-  
rentur) sed ob solennitatem in testamento requisitam.  
Est enim adhibitio testium juxta Vultei. ad confectionem  
testamenti ex jure civili; Jure autem civili mulier in ca-  
lato quidem testamento testis esse non poterat, quia co-  
mitionum commercium non habebat, neq; in eo, quod  
 fiebat in procinctu, quia foemina militiae capax non erat,  
neq; in eo, quod per æs & libram fiebat, quia in emanci-  
pationibus tanquam solennibus adhibebantur cives Ro-  
mani puberes. l. hac consultissima C. de testam. Puberum  
autem nomine significantur mares, quia pubertas est  
habitus corporis, de quo nunquam in foeminis disputa-  
tum aut quaesitum est. §. 1. j. quib. mod. tut. fin. l. fin. C. quando  
tut. vel curat. es. desin. Vlp. tit. 11. §. fin.

60. 3. Heredes scripti. §. sed neq; 10. j. de testam. ordin. l.  
qui testamento. 20. in pr ff. qui testam. fac. pos. Quia in re sua  
& propria nemo idoneus testis esse potest. l. nullus. 10. ff. de  
testib. l. omnibus. 10. C. eod. testamentum verò est propria  
causa heredum, cum totum negotium inter illos & testa-  
torem agatur. d. §. 10. j. de testam. ordin. quod in legatariis  
secus est, cum illi in totum jus non succedant §. legatariis.  
11. j. de testam. ordin. l. qui testamento. 20. pr. ff. qui testam. fac.  
pos. l. dictantibus. 22. C. de testam. l. si quis. 14. ff. de reb. dub. Per  
legatarios autem hinc non intelligimus universales sed



singulares seu particulares, propterea, quod omne com-  
modum principaliter ad universalem pertineat, illeq;  
pro herede habeatur. §. *restituta. 3. j. de fideicommiss. heredit.*  
*l. 1. ff. ad Sct. Trebell.*

61. Et 4. Domestici tam testatoris quam heredum  
§. *in testibus. 9. j. de testam. ordin. l. idonei. 6. ff. de testib.* Cum  
omne testimonium domesticum propter suspicionis  
presumptionem prohibeatur. *l. testes. 24. ff. de testib. l. etiam.*  
*3. C. eod.* Huc pertinet questio an pater possit esse testis in  
testamento filii emancipati quod affirmatur *per text. §. in*  
*testibus. 9. j. de testam. ordin. l. 2. C. de testib.*

62. Et 5. Prohibentur reliqui à legibus intestabiles  
facti. §. *testes. 6. j. de testam. ordin. l. cum lege. 26. ff. qui testam.*  
*fac. pos.* ut sunt deportati, quia cives Romani esse desie-  
runt. *l. sunt quidam. 17. §. 1. ff. de poen. §. 1. j. quib. mod. jus pat. po-*  
*test. solv. Publico judicio damnati. l. in testimoniis. 2. l. que-*  
*situm. 13. §. seqq. ff. de testib. l. qui testamento. 20. §. eum qui. 5.*  
*ff. qui testam. fac. pos. vel injuriarum actione ob carmen.*  
*famosum. l. in testimonium 20. §. seq. ff. de testib. l. ex eo. ff. qui*  
*testam. fac. pos. & similes. l. atbletas. 4. §. fin. ff. de his qui not.*  
*infam.* Et hæc ita se habent, si eo tempore dum conditur  
testamentum, testes habiles fuerint; non quando tabula  
testamenti aperiuntur. Sufficit enim, si tunc temporis  
consensu omnium idonei fuerint habiti, quod princi-  
pum benignitate in favorem testamenti ita obtinuit, *arg.*  
*l. 1. C. de testam. ordin.* Atq; hæc de testamento solenni  
ejusq; requisitis ac substantialibus.

63. Sequuntur nunc illa quæ minus solennia dicun-  
tur, & testandi solennitates singulari beneficio relaxatas  
habent; Quorum unum est militare testamentum: militi  
enim

enim maxima indulta sunt privilegia. *l. 1. ff. de testam. milit.*  
ita ut etiam solennitatibus in ultimæ voluntatis declara-  
tione omissis nihilominus voluntas rata habeatur. *pr. j. de testam. milit. l. 1. l. quang. 3. l. milites. 15. C. eod.* dummodò  
per legitimas probationes de ultimæ voluntatis inten-  
tione constet, *l. Divus. 24. l. Lucius. 40. ff. de testam. milit.*  
quod tam ob legum imperitiam, *pr. j. de testam. milit. l. 1. ff. l. quang. 3. C. eod. l. impuberi. 40. ff. de admin. tutor. ac simpli-  
citatem. l. 1. C. de jur. & fact. ignor.* ( milites enim potius ar-  
ma quàm leges scire tenentur. *l. fin. C. de jur. delib.* ) quam  
præsentissima pericula deliberandi tempus penitus ex-  
cludentia factitatum est, *arg. l. milites. 15. C. de testam. milit. l. un. pr. ff. d. bon. poss. ex testament. milit.*

64. Nec eorum hîc attenditur status & conditio  
cum eo jure gaudeant, quales quales sint, sive capite da-  
mnati, sive deportati, modo ea pœna ex delicto militari  
eis irrogetur. *l. 1. ff. de veter. & milit. succes. l. & militibus. 13. C. de testam. milit. l. ex militari. 11. in pr. ff. eod. l. si quis. 6. §. sed & si. 6. ff. de injust. rapt. irrit. fact. testam.*

65. Sed tamen ad unum omnibus sine discrimine,  
hæc privilegia non tribuuntur, sed illis solum jura largi-  
untur, qui in expeditione sunt, & ipso actu militant. *pr. j. de testam. milit. l. fin. ff. l. pen. C. eod. l. un. ff. de bon. poss. ex te-  
stam. milit. nisi fortè in militiâ adhuc constituti sint testati  
seu honestè dimissi, tunc enim intra anni spatium ulti-  
ma eorum voluntas jure militari valebit. l. quod constitu-  
tum. 21. l. testamenta. 26. pr. l. militis. 36. §. fin. l. quod dicitur. 38. ff. de testam. milit. l. ex testamento. 5. C. eod.* Ergò ad stationa-  
rios ea non rectè extenduntur, cum causa privilegii in-  
his cesset. *Gail. 2. obs. 118. n. 13.* Cum sit otii ipsis peritiores



consulendi. *coras. miscell. 5. 22. n. 1. Donell. 6. comm. 28.*

66. Alterum testamentum minus solenne est, testamentum inter liberos à parente sive voce sive scripto conditum. *auth. quod sine. l. hac consultissima. 21. §. 1. C. de testam. l. filii 16. l. fin. Et auth. seq. C. fam. ercisc. Nov. 107. c. 1.* Ratio quia in testamento paterno saltem jus gentium consideratur & quæritur de voluntate patris, an illa sit perfecta nec ne? non de solennitatibus juris civilis. *l. fin. C. fam. ercisc.*

67. Tertium est testamentum ad pias causas, in quo duo testes idonei sufficiunt, *c. relatum. de testam. dummodò ratione voluntatis perfectum sit. Dauth. de testam. n. 17.*

68. Quartum est testamentum rusticorum, quibus secundum consuetudinem loci servatis requisitis testari licet. *l. fin. C. de testam. iisq; indultum est, ut si non septem, quinque tamen testes adhibeant, d. l. fin. C. de testam.*

69. Cujus tamen conditionis nullatenus est testamentum pestis tempore factum, quia hoc testamentum nusquam in jure nostro specialiter quoad numerum testium exceptum reperitur. Quamobrem meritò secundum regulam communem *ex l. hac consultissima 8. c. qui testam. fac. pos. Et l. hac consultissima. 21. C. de testam. Et §. secundum 3. de testam. septem in eo desiderantur testes; imò sibi imputare debet, testator cur non maturius de rebus suis disposuerit. Quamvis ex constitutione electorali contrarium observetur. Vid. *constit. elector. part. 3. constit. 4. Gail. 2. obs. 18. n. 15. Mynsing. obs. 96. cent. 1.**

70. Sicut




70. Sicut autem nihil tam stabile ac firmum est,  
quod naturâ suâ non infringi varièq; debilitari possit,  
ita etiam testamenta suos habent modos, quibus infir-  
mari atq; irritari possunt, ut ita multa de illis dicenda  
supereffent, sed quia finem jam prolixitas clamitat, illos  
ut & reliqua ad materiam testamentariam pertinentia  
in aliam Deo volente reservabimus occasionem: Sit in-  
terim tergeminae majestati laus honor & glo-  
ria in omnia seculorum  
secula.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S



ULB Halle


3


006 682 146



KD77







B.I.G.

Farbkarte #13

RIDICA, 1627, 3

407

NTIS,

7/

nsensu Ma-  
Ctorum ordi-  
ima Lipsien-  
ia,

SCHMUCK  
datissimo, Præ-  
ti animi obser-  
olendo.

*ubjicit ac*

E W E I N , Lipf.  
æo.

*is consuetis.*



GORII Ritzschens.

VII.

